

ricos de Burdeos lo dicen, confiesolo; pero tambien sabemos que no dicen de qual de las Calahorras, y que habia dos ciudades de este nombre: *Calagurris Nasica*, cuyas ruinas estan en Aragon, y *Calagurris Fibularensis* que esta en Castilla; por que han de entender mas estos Autores de la una que de la otra? Yo con las mismas palabras de Geronimo Zurita digo: *Utra earum nobilis sit Fabio Quintiliano alumno, neminem arbitror affirmare posse.* Concluyo, pues, en que Ambrosio de Morales se engaño en la patria de Prudencio, confirmando mi argumento del afecto con la experiencia; pues vemos que por hacerle no solamente ciudadano de su ciudad, sino natural de su provincia contendieron y contienden agora tantos Autores; y asi vuelvo a repetir aqui lo que en esta materia dixe en mi carta.

## CARTAS LATINAS DE LUPERCIO LEONARDO Y ARGENSOLA A JUSTO LIPSIQ, CON SUS RESPUESTAS:

*Aquellas ineditas, y estas impresas en sus Centurias.*

I.<sup>a</sup>  
**N**E ignotus ad te accederem, Lipsi, uti volui prævia Nunii Mendozii a cubiculo Principis commendatione, quem nosti, quem jure amas; causas tam propter quas me amare debeas, a me scies. Ego, Lipsi, ingenium tuum admiror, animi tui candorem amo:

mul-

multa ab amicis tuis audivi; sed illis tacentibus, quos edis persuadent Libri, ex quibus ego multa commoda excerpsti moribus, ingenio. Sed quid ago? causas volui ut scires quibus adductus me amares, & illas afferro quibus te debeam; sed id ipsum ad amorem mei debet incitare. Hoc Sapientibus insitum est, barbaris etiam, addo & brutis animantibus, ut sibi in amando despondeant. Exempla redundant. Te ergo, Lipsi, amo, atque ita amo, ut salutis meæ, amicorum etiam qui me contingunt partem tibi tribuerem, ut tua auctior esset. Timeone ut quondam illi Auditori tuo mihi respondeas, amanter hæc potius quam sapienter; quia nolis e medio spatio ad carceres revocari. Sed obsecro humanius hæc. Ama, ama vitam, noster, ex quo te natura publico bono dicavit. Tu etiam fidem obligasti: iure tecum ago. Ubi Cæsar? Ubi Seneca? Ubi Fax illa historica? Promisisti hæc omnibus, a qua fide, si te omnes, ego numquam liberarem. Hæc omnia si expleveris (expleas utinam) adhuc officium tuum requiram: onus nimirum Scriptoris. Scriptor es Regius: ne Regem Scriptor verè Regius è gloria priva, quæ illi a te potest maxima provenire, digna quam Alexander invideat. Hoc vehementer opto; scire velim an frustra: nam & ego Scriptor sum Regius; sed adhuc portum teneo, ac mihi cum navigandum Pacifico vel Mortuo mari cursus agetur: ubi, etsi nubes & tenebrae, nulla naufragia. Tamen horreo iratum mare vivum & vivorum, ubi amor, odium, adulatio, Manes veritatem terrent. Vellim te Ulysse sapientissimo uti, ut me exemplo tuo doceres fugare has Syrenas, has Caribdas, hos Poliphemos. Redeo ad initium. Ita te, Lipsi, amo, ut liber si essem (uxorem habeo, pater sum, expertus sis quale hoc iugum) hinc irem ad te visundum, mihiq; Edetano essent Lovanium & Lipsius, quod Gaditano illi Roma & Lilius. Igitur me inter tuos numera. Illuceant mihi litteræ tuæ aliquando; frequentius si petam, peccem in publicam utilitatem, cui te das. Vellim etiam noscas alios qui me contingunt. Duo sunt mihi fratres: Bartholomæus, &

Petrus, uterque ad Sacerdotium cooptatus; iunior etiam D. Augustini castra sequutus est. Ille Jurisperitus, hic Theologus. Ambo tamen avidissimè amplexi quas ipse amas Litteras, teque diligunt. In hoc pares sumus, annis ego maior, explevi quadragessimum, ingenio superant. Hi te ore meo consulunt; trium hæc una vox, salvere Lipsium, una inquam; nam Geryones sumus, amore, non regno. Regno! Apage. Scripta sunt animo Antigni verba: O nobilem magis, quam felicem pannum! Cætera habes; hæc mea sententia. Vale decus nostrum. Madriti Idibus Julii M. DCII.

## RESPUESTA DE JUSTO LIPSIOS

*Que se halla en la Centuria IV. Epistola XXVI.*

O amicam tuam scriptiōnem! O elegantem & eruditam! Et pararium tu etiam alium quæras meo amori? Mihi crede, vel alter hic titulus iungat & adstringat: quid uterque, & sic eximius? Imus, imus quò nos trahis, & amicitiæ ac fidei dextram reddimus porrigenti. Tibi tantum? imò & fratribus tuis duobus, quos ab eadem duplii nota commendas: & ut nunties ijs de affectu meo mutuo, hoc rogo. Mi Luperci, tales Geryones plures in Hispania nobis sint; regnum teneant, sed in litteris: quoniam illud sceptrorum magnanimo dicto spernis. Sed quò pauciores ibi, magis fortasse lucetis, sicut in nocte clariora illa astra. Quod autem hortaris me ad edenda porro quæ concepi & affeci, ac nominatim vestrum Senecam; velle non abnuo, utique de isto, quem amo & æstimo super omnes (audebo dicere) sapientiæ doctores. Gloriamini, & quanquam Hispania illa multa pacis docora tulit;

Nil

*Nil tamen hoc habuisse viro præclarus in se,  
Nec sanctum magis, & mirum rarumque videtur.*

Itaque iure operam ei damus, & adminiculamur quæ possumus; sed invaletudo tardat, aut sustinet, tum & ætas mea frigus iam & ignaviam habet. Quid etiam? assida tristitia hæc temporum, bellorum implexa series, animum non erigit: imò sapientia & constantia opus est, ut a lapsu teneamus. Sortem nostram, etsi dissitus audis: & nisi adamantinus es, miseraris. Vobis gratulor in illa pace ingenium, atque has artes colentibus: & ut diu liqueat, Numen precor. De consilio tuo scriptiōnis, & ut mare illud Pacificum sive Mortuum (ita eleganter iocaris) naviges ac teneas, omnino probo ac consuadeo: ad nostrum istud Arctōum si venis, pericula sunt, & nec Ulysses tutò naviget:

*..... ita perfurit acri bus ega  
Cum fremitu, sævit que minaci murmure pontus.*

Tuta, tuta, id est vetera; & me eorum amantem ama. Ego te & tuos fratres, certò & fide antiqua. Lovanij IIII. Kal. Sept. postridie quam tuas vidi M. D. CII.

## II.<sup>a</sup> CARTA

### DE LUPERCIO A LIPSIOS.

NON Madriti quò mittebantur; sed Cæsaraugustæ, ubi privatis litibus assidere me oportet, tuas litteras, doctissime Lipsi, accepi, eò seriùs, sed jucundiùs; patria enim, concivibusque spectantibus honori iocundissimum est, maximè cum honores qui a te proveniunt, Regiis anteponendos putem: nam illi nunquam sine judicio, ii fortunæ beneficia sunt aliquando. Attamen

non

non huic lātitiae defuit comes angor , cum invaletudo, bellaque detestanda animum corpusque tuum angant , & ab edacibus curis labores quos publicæ utilitati , immortalitatique dicaveras , intercipiantur. Sortem vestram , ut ais , audio , imò video ; non tamen cum Epicureo Poeta cantare juvat :

*Suave mari magno turbantibus æquora ventis  
E terra magnum alterius spectare laborem.*

Sed mente , sed voto vobiscum jam navim conscendo, iam castra & signa sequor , clasicoque excitor , multa mé-  
cum causam communicant : vera Religio ante omnia, quam Romano Pontifice duce profiteor , quæ amore fla-  
grat : Princeps deinde , e cuius Aulico grege , etsi ab-  
sens , numerus sum , dum Augustæ eius Matri , sanctissimæ  
foeminæ , inservio : amici præterea , quos in discrimi-  
ne sæpe audio , & quid de illis agatur , perpetuò timeo;  
& de te præcipue inter hos , ut Luna inter minora sy-  
dera conspicuo : tandem sententia illa plausu dignissima,  
scilicet ; homo cum sim , nihil humani a me alienum  
puto. Adsit Deus votis , teque longævum saluti restituat,  
tibi otia faciat , ut ingenium tuum nobis adfluat. Gratula-  
ris nobis in pace , ut ais , artes & ingenia coentibus.  
Quæso , mi Lipsi , ignoras nos , aut simulas ? nos Mu-  
tas colimus ? quibus ducibus , quibus præmiis ? virtus  
maximum præmium ; fateor ; sed lethargus nos tenet. Vir-  
tuti vale diximus , luxus & pecuniæ vilia mancipia su-  
mus. Utinam non citò timenda exempla. Cæterum virtutis  
rigidos Satellites credi cupimus , larvæ & præstigia-  
tantum. Pauci excipiuntur , & inter hos Doctor Bartho-  
lomæus Laurentius in vetustissimo Cæsaraugustano Tem-  
plo Deiparæ vulgo *de Pilari* Canonicus , Theologus , La-  
tino Græcoque sermone peritissimus. Doctor Bartholo-  
mæus Morlanes , Jurisperitus , qui in eodem Templo Re-  
gio fungitur Sacerdotio , florente ætate , magnum inge-  
nium virtutibus æquans. Gabriel Alvarez , Sacerdos de-

So-

Societate Jesu , vestro Andreæ Schotto notus , o qualis vir ! In sacris litteris periculum si feceris , magnum Theo-  
logum invenies. Si in Hebræo , Græco , Latinoque ser-  
mone , Hebræum , Græcum , Latinum ; sed moribus has  
superat laudes. Superest mihi Doctor Dominicus Aven-  
gochea , unus ex Regiis Judicibus a litibus judicandis,  
cuius litteras cum his accipies , in eisque ingenium ju-  
dicabis. Hæc lepidissima capita scripta tua admirantur : te  
ex animo diligunt & consulunt. Ne dedigneris inter tam  
probos viros novitium amantem recipere , eiusque auda-  
ciam audire. Filius est mi Gabriel , qui nondum deci-  
mum quintum ætatis annum explevit , Latinæ , Grecæque  
Linguæ non ignarus , moribus candidissimus , puer me-  
lliori ævo , meliore patre dignus. Is me tuas litteras le-  
gentem , & patruos in eis a te salutatos audiens , inter-  
pelavit , aitque : mi Pater , Lipsius de me nec ullum  
verbum ? nullum quidem ego. At ille : tu de me ad Lip-  
sium ? ego ? nullum. Ergo a te iniuria ? quid , inquam ego  
ad doctissimum Lipsium de puerο ? quid , ain' tu ? a me  
amari , coli , & suas avidissimæ lucubrations amplecti.  
Sanusne es , puer , qui numquam eas attigisti ? respondi  
illi subridens. Aliquot Epistolas tuas recitavit , nulla sua  
hæsitatione , magnoque meo gaudio , usus comicò ver-  
bo , patrissare eum exclamavi. Hos igitur ad te duco ami-  
cos , dexterisque iniungo sancta ac non violanda fide. Tu,  
mi Lipsi , si Dominico rescriperis (omnino rescriben-  
dum puto homini judici , probo , docto , & amanti) ute-  
re aliena manu ; nam imperitiæ nostræ chyrographum  
tuum non facile negotium exhibuit. Ama nos , doctissi-  
me , & si vacaverit , per te , vel per alios fac nos cer-  
tiores valetudinis tuæ , quam tibi corporis Nestoream ,  
animo æternam cupio. Vale Litterarum Princeps. Cæ-  
saraugustæ Kal. Decemb. M.DCII.

RES

**RESPUESTA  
DE LIPSIO A LUPERCIO,**

*Que se halla en la Centuria V. Epistola XX.*

LUPERCIO LEONARDO ARGENSOLÆ S. D.

**S**Uaves vestræ litteræ , addam etiam lætæ , parum suavi , aut læto meo tempore advenerunt. Neque enim invaletudo solum me , sed morbus habebat , & medici , aut medicina in oculis : tamen rescribendum vel breviter censui , abeunte Nunio Mendozio nostro , & Hispaniam suam iussu Principum repetente. Breviter inquam , scribo ; sed animo largiter : qui vos tales quomodo non amet ? In doctrinam non affecti solum , sed ea perfusi estis. Me serio & candide (ita solet vestra natio) amatis : & ego non reponam affectum ? Facio , liceret modo sæpius , liceret proprius vobis frui : suave huic animo esset. Et , Deum immortalem ! quam tempora hæc turbida amicitiam , id est , solem illum animorum requirunt ! Bella perseverant titulo Civilium tristia , eventibus parum fausta. Auditis credo , & nobiscum doletis. Hæc æstas in metu est ob hostiles apparatus : & oppidum hoc nostrum iam in limite etiam belli. En quò ventum ! Scitis sedem hæc pietatis & doctrinæ esse : periclitatur utraque cum illo minui in Belgis , non enim dicam perire. Sed hæc tristia ,

*Quæ procul a nobis flectat fortuna gubernans;*

aut Deus potius , ut piè magis loquar. Læta succedite. Lætum enim certè , quod producis , & nominas in eo etiam tractu amicos nobis , id est , doctrinæ : cuius instar ali-

quod

quod in me (quid enim aliud ?) amant. Inter eos Gabrielem Alvarezium e Societate Jesu de una epistola nosse me puto , quam ante annos duos , tres , Andreæ Schotto benignè de me scripsit. Redamare me seriò dico : non eum falles. Idem de Doctore Bartholomæo Laurentio Theologo , Doctore Bartholomæo Morlanes Jureconsulto , quorum doctrinam prædictas , scribere me & sentire scito. Quid de Gabriele tuo lepidissimo puero ? hunc ego per te dissuavio , & in optima via pergere hortor , & ad candidam calcem pervenire. Faveo toto animo , & ad patris & patruorum exempla voco. Plura non licet , hæc ipse ægrè , & ægrum referent ; affectu tamen valido & vivo. Lovani XV. Kal. April. M.D.C.III.

**III<sup>a</sup>. CARTA**

**DE LUPERCIO A LIPSIO,**

*La qual supone otra de Lipsio a Lupercio , aunque no se halla en sus Centurias.*

**E**GO apud te mortuus , vel ingratus tui , Lipsi? illud malim , a quo non procul absui : istud timui ; sed desino timere , nam indicta causa candidus Jūdex neminem damnavit. Audi me pro me. Postquam in Augusta & polluta Aula Madriti Nunnus noster , ac suavissimæ litteræ mihi illuxere , ille ad suos Lusitanos , ego ad meos Edetanos , ad patriam , ad satis amplas & antiquas ædes in Cæsaraugustana Colonia , & ad non invenustum suburbium , rus amoenum & quasi urbis vicum , templo & aliquorum civium domibus ornatum , nomine Arabe MOZALBARBA satis notum. Postea vero quam Aulæ vale dixeram , hoc erat in votis Musis & quieti litare , & ex propinquo rure commodi illud capere quod Laches Terentianus. Hic ego cum signatis

*I. Not.*

*L*

litteris Nunnium expectabam ; sed illi patria & cura moras de more fecerunt. Tandem bellicus animus , seu ius-  
sio Principum itinere breviori citatis equis eum arri-  
pere. Ego litteras Bartholomaei Morlanii aligatas , curante  
quodam mercatore Gallo , misi nescio quo alite , dum  
medicis & medicinis , ne dicam morbo laborarem le-  
thalii , ut ipsis videbatur , & mihi prosilientes lacrymæ  
uxoris , fratum , filii , ac amicorum vultus testabantur.  
Evasi non ad salutem ; ad cruciatus. Pedes , manus , &  
lingua usum amisere , & quod pessimum est , vacillabat  
cerebrum. Totam Arabiam bibi , sanguinem ad animi de-  
liquium misi , peregrina & domestica unguenta siccavi.  
Quid plura ? Ferè bienio in hac paloestra odiosa , sicut illa  
Henrici Stephani , vapulavi. Servavit me denique ille  
vere Servator Christus. Iam ipse ipsissimus sum , & Lip-  
sio quem summe amo & aestimo , litteras mitto , a quo  
gratulationem spero , & eius amoris indicium. Avidissime  
Manuductionis , Phisiologiæ , Vestalium , & divæ  
Hallensis libellos tuos nuper legi ; doctos , sapientes , &  
pios , uno verbo Lipsiacos. Ego a te fide ut ait *antiqua*  
amor , tu ab omnibus bonis & doctis iure amaris. Quid  
ni inter hos Bonaventura Vulcanio ? Sic ego a te facile,  
tu ab illo facillime , quod cupio impetravimus. In libel-  
lo Vulcanii , cui titulus *De Litteris & lingua Getarum  
sive Gothorum* , fragmentum poematis sermone Theuto-  
nico reperi in laudem Divi Annonis Coloniensis Archie-  
piscopi , Vulcanio referente ab eo servatur pignus prisci  
sermonis. Est mihi opus pluscula carmina legere , in qui-  
bus de misione & peregrinatione omnium Apostolorum  
agitur , ubi fragmentum Vulcanius obruncavit. De Di-  
vo Annone nihil ad rem ; sed unà cum Theutonicis ver-  
sibus accedat Vulcanius interpres latinus , alioquin Plau-  
tinum Penulum nobis misisset : etiam & notæ , in qui-  
bus de nomine & ayo Theutonici Poetæ. Quid moror?  
Sus , vota adimple. Vale , mi Lipsi , iterum vale. Me &  
Gabrielem ama. Fratres Vallisoleti commorantur , tui ex  
animo. Mozalbarbæ Idibus Aprilis 1605.

NO-

## NOTICIAS PARA LA VIDA

### DEL DOR<sup>R</sup> BARTHOLOME LEONARDO Y ARGENSOLA.

1. EL Doctor Bartholome Juan Leonardo y Ar-  
gensola fue hermano legitimo de Lupercio,  
cuya vida dexamos referida , y solo inferior a él en la  
edad. El haber escrito en ella que el apellido *Leonardo*  
es antiquisimo en la ciudad de Ravéna ; que Pedro Leo-  
nardo , uno de sus ilustres ascendientes que sirvio al Rey  
Catolico en la Conquista de Granada con soldados a su  
costa , trasladó este linage al Reyno de Aragon ; que fue  
padre de estos dos célebres hermanos Juan Leonardo , Se-  
cretario y Gentilhombre del Emperador Maximiliano ,  
nos escusa de repetirlo aqui con mayor prolixidad.

2. Nacio nuestro Bartholome en Barbastro (la antigua  
Burtina de los Romanos , segun alguno , ahora ciudad ilustre  
de Aragon) por los años de 1564. Aunque su padre se ha-  
llaba en Alemania , dispuso que pasase a estudiar en com-  
pañia de su hermano Lupercio a la famosa Universidad de  
Huesca , donde mostró luego quan temprano habia ama-  
necido en él la luz poetica ; pues en sus tiernos años com-  
puso unas elegantes octavas en alabanza de la Orden de la  
Merced , que se leen al principio de la *Divina y Huma-  
na Poesia* del P. Fr. Jayme de Torres. En ella misma es-  
tudió Letras humanas , la Filosofia , y el Derecho , que fue  
su profesion , con aquellos progresos , que eran de espe-  
rar de su felicissimo ingenio , y que le merecieron el gra-  
do de Doctor en Leyes. Es regular que en Zaragoza se

L 2

die-